



De Congregationibvs Clericorvm In Commvni Viventivm

Le Mire, Aubert

Coloniæ Agrippinæ, 1632

Capvt III. Congregatio clericorum regularium, qui postea S. Pauli cognomentum induerunt, & vulgò Barnabitæ dicuntur; à Bartholomæo Ferrario, eiusq[ue] socijs in vrbe Mediolanensi instituta, per ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64608](#)

C A P V T III.

C O N G R E G A T I O C L E R I C O R U M

regularium, qui postea S. Pauli cognomenum induerunt, & vulgo Barnabitæ dicuntur, à Bartholomeo Ferrario, eiusque socijs in urbe Mediolanensi instituta, per Clementem VII. Anno 1533. confirmatur.

CLEMENS Papa VII. dilectis filijs BARTHOLOMÆO FERRARIO, & ANTONIO MARIE ZACHARIAE, presbyteris, Mediolanensi & Cremonensi. Vota, per quæ vos, in humilitatis Spiritu, perennis vitae præmijs digniores effici, vestræque & aliorum animarum saluti consulere possitis, libenter ad exauditionis gratiâ admittimus, eaque fauoribus prosequimur opportunitis.

Exponi siquidem nobis fecistis, quod, vos, cù tribus alijs vestræ voluntatis socijs, ut liberius diuinis beneplacitis insistere, & quæ Dei sunt perquirere possitis, cupitis professionem trium votorum substantia- lium Religionis, in manibus venerabilis fratris Archiepiscopi Mediolanensis, seu eius in spiritualibus vicarij generalis, emittere, & insimul in aliquo loco ciuitatis seu Diœcesis Mediolanensis, per vos eligi, morari, & permanere. Quare nobis fecistis humiliiter supplicari, ut piæ vestre intentio- ni hu-

ni huiusmodi paternè annuere, de benignitate Apostolica, dignaremur.

Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis & vestrū singulis, ut professio-
nem ipsam in eiusmodi Archiepiscopi seu
Vicarij, qui verò de cætero ad vos conuerti
voluerint, inalterius vestrum, seu Præposi-
ti vestræ Congregationis, pro tempore exi-
stentis, manibus professionem trium voto-
rum eorumdem emittere, & insimul sub o-
bedientia tamen Ordinarij loci, in ipso loco
per vos ligendo, cohabitare, ac in com-
muni viuere.

Nec non pro vestro, & rerum vestrarum
salabri statu & directione, quæcunque sta-
tuta, & ordinationes, rationabilia & hone-
sta, ac sacris canonibus non contraria con-
dere, & facere, illaque, ut vobis pro tempo-
rum qualitate expedire videbitur, murare,
& in totum tollere, aliaq; illorum loco de
novo facere, liberè & licite valeatis.

Apostolicis ac in Prouincialibus, & Sy-
nodalibus Concilijs editis, generalibus vel
specialibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus, cæterisque contrarijs nequaquam ob-
stantibus; Apostolica auctoritate, tenore
præsentium, de specialis dono gratiæ con-
cedimus, & indulgemus; eisdē præsentibus
perpetuis futuris temporibus valiturs.

Datum Bononiæ, sub annulo Piscatoris,
die

16 De congregationibus Clericorum

die 18. Februarij, 1533. Pontificatus nostri
anno decimo.

C A P V T I V .

C O N G R E G A T I O S V P R A D I C T A

Clericorum regularium à Clemente VII. ap-
probata, per Paulum III. titulo S. Pauli dona-
tur & varijs priuilegijs augetur. anno 1535.

P A V L U S Episcopus, seruus seruorum
Dei, dilectis filijs ANTONIO MARIAE
DE ZACHARIIS, & BARTHOLOMÆ O DE
FERRARIIS presbyteris, Cremonensi &
Mediolanensi, salutem & Apostolicam be-
nedictionem.

Dudum felicis recordationis CLEMEN-
TI Papæ septimo, prædecessori nostro, pro
parte vestra expositum, quod vos cum tri-
bus alijs vestræ voluntatis socijs, vt libe-
rius diruinis beneplacitis insistere, & quæ
Dei erant perquirere possetis, cupiebatis
professionem trium votorum substantia-
lium Religionis in manibus tunc Archie-
piscopi Mediolanensis, seu eius tunc Vic-
arij in Spiritualibus generalis, emittere, &
insimul in aliquo loco ciuitatis, seu diœce-
sis Mediolanensis, per vos eligendo, mora-
ri ac remanere, idem prædecessor vestris in
ea parte supplicationibus inclinatus, vobis
& vestrum singulis, vt professionem ipsam
in eiusdem Archiepiscopij seu Vicarij. qui
verè